

homines citò senescere: est etiam hepar, & vetriculus præcipue, admodum iam ante imbecillis. Tercio venæ illæ, & viæ dum assidua attractione vexantur, debilitantur & relaxantur, & præparatur ad destructionem, ita ut deinde pessimi floures sequantur. Et ideo cauerem ab omni medicina, quæ electiuè trahit, & darem quæ non à longinquo euacuent, sed tantum per contactum educunt, quales sunt cassia, hiera, electuar. lenituum rhabarbarum, diacatholicon bene factum, in quo nil solutiuum, quæ tutò darem ante prædiuim, aut ante cœnam. Ab his non discedere, sed diacatholicò raro bene fit. Ideo si eo vti vellemus, oportet præparari separati in parua quantitate, & ex præscripto, pro hoc nobili. Purgareim igitur frequenter, & non uno impetu: quia non toleraret, cum præsertiū habitu sit rariori. Syrupos exhiberem concoquentes & aperientes, vt syrups de cichorio cum rhabarbaro, vel sine illo. Habet enim omnia quæ temperat hepar. De absinthio, qui ventriculo confert. De pomis dulcibus pro humore adusto. De boragine, capillis veneris, cū decocto Ceterach, & fumiterra, acaliis. Hi omnes suo loco ac tempore exhiberi possunt: vnum nunc, alterum alio tempore, & modo in forma syrapi, modo in forma decocti. His per vices conquerem, & per interualla euacuarem, præque omnibus viderem, vt aluum teneret lubricam. Sed totum situm erit in ratione victus, vt sit potus vini albi, clari, limpidi, non austeri, sed bene maturi, mediocre in robore & debilitate. Cibi D fint boni nutrimenti, & quam minime excremētosi. Aer temperatus, non frigidus, nec nimium calidus, euimque crebro mutet. Hoc enim iurum in modum iuuat in morbis melancholicis, & præsertiū in iuuene. Quærat somnum, & multum dormiat quantum potest: plurimum enim iuuat somnus in hoc affectu. Huic etat caput, ita vt cura melancholiæ sit somnus. Crebro vtatur balneo aquæ dulcis. Et postquam egreditur balneum, illinat corpus amygd. dulc. vel oleo violatum, cum amygd. commisto. Huic etat corpus, & humore adustos contemperabit. Crebro bibat brodia pulli, quæ vt Galenus affirmat, & fidelissimus eius interpres Auicen. declarat, contemperant humores. Caveat à Venere superflua, vtatur tamen quandoq; non multum, sed vt extetur corpus, non resoluatur & excicetur. Lætitur, & quærat esse cum sociis quantumcunque potest, caueat à nimio studio literarum, vtatur etiam exercitio temperato. De missione sanguinis F tam laudo, & facta vna euacuatione mittatur à vena basilica, refrigerabit enim hepar. De aquis marum quæritur: & videntur intentiones contrariæ. Nam quod ad ventriculum calefacié- dum, & roborandum, non potest ferè inueniri remedium præstantius: sed timendum est propter hepar calidum, ne illud magis inflammetur. Sed re vera, si exhibeantur illæ aquæ cum cavela debita, & dentur in quantitate modica, non quadraginta calices (vt quibusdam moris est) G nec die sequenti bibatur alia, nisi præcedente in aquam prius reddiderit, muniatur etiam hepar liniamento infrigidante Galeni contra calefactio-

nem aquæ, & vinum eo tempore non bibat forte: ita plurimum iuuabitur eo balneo vetriculus, & curabitur. Quod si hepar nimium inflamaretur, posset postea accedere ad aqua balneorum Veronensium, quæ supercalefactione illam restinguunt, & hoc video à multis fieri in hoc casu. Imò noui quendam medicum nostrum, sené, qui vtransque aquam, & Patauinam & Calderiacam cōmicit, & ægris exhibit in Maio, ea de causa, ne hepar supra modum calefiat: quod tamen an bene factum sit, nec ne, nunc non disputo. De stillicidio ex rei euentu iudicabitur, cum viderimus, quantum aliis remediis proficerinus.

C O N S I L I V M C C X X X I I I .

De melancholia hypochondriaca, cum doloribus ventriculi, ac lipothymia. Anno 1545.
13. July.

 As v.s à medico propositus: Nobilis iuuenis patitur dolorē periodicum intensum in regione vetriculi multis iam annis, sed tribus tamen proximis maximè, & æstate magis affligitur, quam hyeme, & noctu plus quam interdiu: qui dolor aliquando circa orificium illum molestat, vt Cardiacus videatur: aliquando in fundo stomachi, vt videatur stomachicus: aliquando in intestinis, vt colicus appareat, quandoque rugitus sentitur in latere & hypochondriis, cum tensione, quasi myrachialis foret. Liberatur autē à dolore imposito œnemate. Vrinæ spumosæ sunt, & crassiusculæ, & cum dolores sentit, brachia dolent, & cōtrahitur quasi à brachio infrā.

M O N T A N V S.

Proponuntur duo symptomata, de quibus cōqueritur nobilis iuuenis, maxime tamen de vno. Primū, est dolor stomachi int̄esus, qui dilatatur per totam regionem ventriculi, præcipue tamen circa os, qui periodicus est, & maxime noctu inuidit. Secundò, est mœstitia quædam, qua cogitur amare solitudinem, & aliquando plorat. Hec ad suas causas reducenda sunt, vt inueniatur cūratio. Et hic nonnullæ quæstiones propositæ, quæ in sermone soluendæ sunt: cur scilicet æstate magis affligatur quam hyeme, cum dolores à pituita generentur, qua magis abundat hyeme quam æstate. Item quod periodicè affligitur, & maxime noctu. Sunt & annexa, vt de perditione motus, & sensus brachiorum, tempore doloris. Adest dolor & mœstitia, quæritur an ex eadem causa? Crediderim prouenire vtrunque, propter malam temperaturam ventriculi & hepatis: ita vt duæ sint intemperies, vna in ventriculo, altera in hepatæ, inter se contrariæ. Atque hæ sunt causæ omnium symptomatum. Ex frigiditate ventriculi plurima pituita multiplicatur, ex caliditate hepatis bilis multa, quæ etiam aduritur. Ex his consequuntur: primū, quod generata pituita fiant obstrunctiones circa venas Mesaraicas, quia hepar calidum attrahit alimentum ante perficētam coctionem, atque ita humores crassi & viscidii eō delati, obstruunt meatus angustiores,